

propter contrarietatem mutuam infortunia illorum impediri. Vnde in LIBRO NATIVITATUM dicit quod gradus in quem coincidunt radii ambarum infortuniarum *non abscidit uitam, sed facit egritudinem generari secundum naturam alterius.* Et quia Saturni coniunctio magis potest quam aspectus Martis in reuolutione, cum hoc quod Saturnus supra Martem eleuatus est et in reuolutione et in coniunctione ipsorum, idcirco caueat homo Dei ab egritudine Saturnina, puta quartana aut tertiana, propter caliditatem Sagittarii et Martis. Cauendum est etiam a constipatione uentris propter presentiam Saturni circa augem excentrici sui iuxta testimonium **Auenezre** et aliorum, aut oculorum nocumento propter impedimentum Lune a Saturno in loco sagitte in Sagittario, que oculorum significant impedimenta, adhuc et totius capit is, ut supra tactum est, propter ascendens radicis infortunatum, nisi quia directiones et ea que prius dicta sunt hiis non concordant. Quapropter periculi grauitas remittitur et magnitudo, non oberit tamen, si precaeatur secundum **Hermetis** consilium in FLORIBUS suis sic dicentis: *esto sollicitus atque suspiciosus quando beniuolus fuerit cum maliuolo neque ualde confidas quod mali malum penitus auertatur.* Dicit quidem enim **Auenezre** in LIBRO LUMINARIUM quod coniunctio Lune cum Saturno et Marte ualet minus medietate significationis male. Nam alter alterius significationem corruptit. Erit autem circa Natale Domini in hoc anno Luna coniuncta ambobus. Verum quia Mercurius eisdem infortuniis consimiliter associabitur ad idem tempus, tanto magis est timendum, cum dicat idem in eodem quod Mercurius infortunatus a Saturno et Marte peior est aliis et maioris periculi significatiuuus, nisi fortassis ita sit iudicandum de Mercurio cum ambobus infortuniis quemadmodum de Luna. Item timendum est ad idem tempus propter combustionem Veneris et propter priuationem aspectuum ad dictam coniunctionem. Verumtamen Mercurius a Saturno et

3115

3120

3125

3130

3135

3140

3113 coincidunt] concidunt *P* 3118 puta quartana] *om.*, sed *mg.* rest. *P*
 3123 significant] -at *V* 3124 adhuc *scr.*] ad hoc *LPV* 3130 enim] *om.* *LP*
 3131 Lune] *om.* *V* 3140 propter] *om.* *P*

3112 gradus...3114 alterius] Ibn Ezra, *Moladot*, III 1 12, 5, pp. 116-117 | 3119
 constipatione...3121 Auenezre] Ibn Ezra, *Me'orot*, §24:8, pp. 470-471 | 3128
 esto...3130 auertatur] Hermes, *Cent.*, c. 78, sig. 117vb:55-57 | 3131
 Auenezre...3132 male] Ibn Ezra, *Me'orot*, §32:1, pp. 478-479 | 3137
 Mercurius...3140 Luna] Ibn Ezra, *Me'orot*, §8:1-2, pp. 460-461

Marte defluens Ioui applicabit cum mutua receptione, ratione cuius consolandum est de periculi parte maiori. Preterea sperandum est de meliori uersus finem anni, ut dictum est, et eo fortius propter restitutionem Veneris in locum, in quo erat in reuolutione, necnon et in gradu exaltationis suae cum aspect[u] Louis et propter Solis ingressum ad partem fortune et postea ad ascendens reuolutionis anni. Hec est enim doctrina

3145 **Albumasar.** Vnde motus significationis huius esse debet ex causa precedenti propter esse Veneris in radice prosperitatem promittentis. Item Solis propinquitas cum Capite Draconis in loco in quo est suum exauget promissum. Postremo autem directione facta per nouenas particulas secundum doctrinam

3150 3155 Indorum, quam pro secreto habebant Indi, ut refert **Albu-**
masar, peruenit hoc anno post 150 dies et duas horas ab hora reuolutionis ad nouenarium Veneris stabitque dispositio in diuisione huius nouenarii per 3 annos, 24 dies et 8 horas, cuius pars tertia unum annum continet, 8 dies, 2 horas, 40 minuta

3160 3165 hore. Disponet igitur Venus principaliter primam tertiam huius diuisionis et hoc iuxta dispositionem eius in duobus temporibus, radicis uidelicet et reuolutionis, ut prehabitus est, conparticipantibus sibi Mercurio et Saturno cum suis dispositionibus supra dictis. Rursum cognitio domini anni | ex nouenariis secundum opinionem Indorum hoc anno nos perducit ad Venerem. Nam ipsa domina primi nouenarii signi Libre ad quod annus applicuit. Ut igitur ad unum sit dicere, summa prosperitatis huius Veneri incumbit cum qua hunc annum sigillauimus.


P45v

5.2. <Revolutio anni 36ⁱ>

3170 Figura reuolutionis 36ⁱ anni que die Solis ante meridiem per unam horam equalem et 11 minuta hore et 30 secunda. dominus hore Iupiter

3153 in quo] om. *V* 3158 annos] et add. *P* 3159 unum] om. *V* | 2] et *V* 3163 conparticipantibus] cum participantibus *V* | sibi] om. *V* 3165 Indorum] iudeorum *P* 3168 prosperitatis] prosperitas *P* | huius] om. *V* 3170 Figura] sequens figura non inventur in *M* et *V*, ante figuram Latitudo Lune septentrionalis .3. gr. 34 min. Latitudo Veneris meridionalis .0. gr. 36 min. inseruit *S* 3171 secunda...Iupiter] om. *Par* 3172 dominus] quasi *praem*. *S*

3154 secundum...3156 Albumasar] Albumasar, *De revol.*, p. 261b:14-16



Sunday 23 March 1281, 10h48m30s

- I. 20 Cancri
- II. 8 Leonis
- III. 29 Leonis 3175
- IV. 21 Virginis ; Iupiter 19 retrogradus
- V. 4 Scorpionis
- VI. 13 Sagittarii ; Saturnus retrogradus 22.18
- VII. 20 Capricorni
- VIII. 8 Aquarii ; Mars 22.22 3180
- IX. 29 Aquarii ; Caput 17.4. Piscium
- X. 21 Piscium ; Sol 10.18 Arietis ; Venus 2.2 ; Luna 2.47 ; Mercurius 15.24 retrogradus

3175 Leonis] cauda 17.4 uirginis add. L 3176 19] 10 LP 19.0 Par 18 S
 3178 22.18] 18.22 L 22.28 Par 3181 Caput...Piscium] caput 17 P
 3182 Venus...247] buc transposuimus, in domu XI posuerunt LPPars (forsan propter
 exiguitatem loci domus X) 3183 15.24 scr] 25.24 LPPars

XI. 4 Tauri

3185 XII. 13 Geminorum

| Hec quidem reuolutionis figura 36ⁱ anni prosperitatem significare uidetur et alacritatem, secundum quod testantur sapientes. Vnde bonum in fine precedentis anni insinuatum consummationem recipiet testante **Albumasar** in prima quarta huius anni propter presentiam significatorum inter ascendens et angulum medii | celi. Promissa namque prosperitas in radice secundum dispositiones Solis et Lune ac Veneris in hoc tempore uidetur ostendenda iuxta philosophorum assertiones. Etenim Luna hyleg natuitatis nunc uero ascendentis domina in loco bone fortune et amicorum locata in gradu quidem exaltationis sue aucta lumine et numero in coniunctione cum Venere simul cum mutua receptione ambarum in domo ac exaltatione ac duodenario Veneris atque cum bona dispositione utriusque in ambobus temporibus bona significat et gloriam, ut dicit **Albumasar**, maxime quidem a mulieribus personis. Nam *Venus locum natuitatis ingrediens renouat ea que significat in receptione et augebitur thesaurus eius*, ut dicit **Albumasar**. Luna quoque signum ingressa Veneris *significat esse in requie et delectatione et immobilem adipisci substantiam*, precipue propter coniunctionem Lune cum Venere in reuolutione et propter ambarum esse promittens felicitatem in initio et propter septentrionalem eleuationem Lune supra Venerem, quod quidem bona exaugebit. Vnde **Albumasar** : si tempore reuolutionis *Luna fuerit in proprio signo boni esse, omnia quecumque inceperit* is cuius est reuolutio enuenient sibi prospera. Item aspectus Veneris et Lune ad ascendens una cum aspectu Iouis ad signum uidelicet exaltationis sue conditiones anni condecorabit, presertim cum Iupiter sit divisor, ut habitum est, in reuolutione anni precedentis et erit in angulo secundum domorum equationes, quamquam eius retrogradatio aliquam importet contradictionem. Item terminus

v140r

s27r

3186 Hec] Deinde *V* de *P* | 361] 6ⁱ *V* 3189 testante] teste *S* 3190 inter ascendens] ascendens *P* 3192 dispositiones] promissiones *PV* 3194 uero] non *P* 3195 exaltationis] locationis *V* 3197 ambarum] -borum *S* | ac] et *S* 3201 receptione] conceptione *S* 3203 signum ingressa] in. *P* 3206 promittens felicitatem] in. *S* 3210 enuenient] eueniens *S* 3212 condecorabit] eum decorabit *P* concordabit *V*

3200 Nam...3202 Albumasar] Albumasar, *De revol.*, p. 276a:38-41 | 3208
Albumasar...3210 prospera] Albumasar, *De revol.*, p. 242a:40-42

diuisionis in ante a gradu hyleg in ascendentē cadet sub dictis aspectibus stabuntque diuisiones ab hyleg in ante et retrorsum in eisdem terminis, in quibus in reuolutione precedente, sed erunt participantes fortiores et melioris dispositionis quam in reuolutione precedente preter Mercurium, qui erit retrogradus. Circa principium retrogradationis erit tamen in angulo medii celi, qui licet non | multum proderit, impedire tamen poterit, cum sit receptus in angulo honoris et non combustus. Immo secundum dispositionem eius forsan significabit aliquod bonum Mercuriale, ex modo tamen in honesto aut cum infamacione, secundum quod dicit **Albumasar** de retrogradatione Veneris. Et quoniam tunc associabitur parti scientiarum, ex hoc eius significatio maior erit precipue in hiis que ad scientias pertinent. Preterea Iupiter dispositor | ratione diuisionis ab hyleg angularis existens in proprio termino et gradu lucido dominus erit exaltationis ascendentis ubi cadit diuisionis terminus circa gradum ascendentem, ratione cuius Iouis significatio tanto magis uigorabitur, nisi quantum diminuitur ratione detrimenti sui in quo erit. Amplius Sol dominus periodi cum sit in angulo medii celi in exaltatione sua et conditione cum sit reuolutio diurna nec impediatur ab aliquo, sicuti nec Venus neque Luna, iuxta quod in radice spoponderat, honorem augmentabit. Etenim cum fortis in natuitate fuerit in illa reuolutione, adhuc fortior erit et cum hoc partem habebit in ascendentē ac maiorem in secunda, ratione cuius substantiam augmentabit. Sed quia secundum gradus equeales cadit in nona cum sit eius gaudium, parum obesse poterit aut nihil, presertim cum secundum hanc uiam Venus cum Luna sit in domo decima. Porro secundum directionem factam ab ascendentē intrabit hoc anno diuisio terminum Veneris, 15. uidelicet gradu Capricorni, exeundo uidelicet terminum Iouis, de quo **Albu-**

3220
3225
3230
3235
3240
3245

3216 a¹] om. P 3219 participantēs] -tis P 3221 Circa...retrogradationis] om. S
 3225 aut...infamacione] om., sed mg. rest. P 3230 proprio termino] inv. V
 3231 ubi] cum S | cadit] cadet S 3234 detrimenti] doctrine menti P 3235 sit
 om. P 3236 nec¹] necque S | impediatur] -ditus P 3237 neque] nec P et S
 3239 hoc] om. S 3240 ac] et P 3241 augmentabit] ampliabit S
 3242 presertim] om. PV 3245 terminum] om., sed mg. rest. P | uidelicet] scilicet S

3223 Immo...3227 Veneris] Albumasar, *De revol.*, p. 239b:17-19 : “obtinebit quidem predicta, ex modis uerum tamen in honestibus”

masar: hoc enim *durablem felicitatem* significat et a felicite in felicitatem *mutationem*. Vnde Venus disponet annum illum et septem alios sequentes una cum participatione Saturni, Iouis, Solis et Mercurii secundum aspectus graduum equalium in radice. Et quoniam in nativitate Venus fortis fuerat et expedita, ut prehabitum est, et in hoc anno reuolutionis erit consimiliter, idcirco dignitas eius et uirtus manifestanda est illis diebus, secundum quod testantur astrologi. *Tunc enim quilibet planetarum,*
 3250 *ut ait **Albumasar**, operationes suas quas secundum nativitatem significabat, manifeste ostendit quando manifestat ipsas diuisio.* Et si planeta ipse fuerit in nativitate in signo firmo, secundum quod se | habet in proposito, erunt eius significata tempore diuisionis immutabilia. Igitur dispositio Veneris secundum utraque tempora, ut
 3255 *testatur **Albumasar**, significat perseverare in melodiis et cantibus et tripudiis et alacritatibus et coniungi mulieribus et obtainere multa bona a uiris effeminatis et mulieribus et loqui cum preexistentibus uiris et loqui etiam coram eis in conuentibus doctrine.* Participatio autem Saturni cum Venere, licet *contentiones et discordias* in rebus muliebribus ac
 3260 *tristitias* significet, quantum in se est, bonitas tamen Iouis, qui tempore nativitatis Saturnum mitigabat, in reuolutione quoque illa potentior existens Saturno eius mala soluet. *Participatio uero Solis maxime propter dispositiones eius in utrisque temporibus significat gloriam et meritum a regibus et principibus et utilitatem ab eis et a parentibus.* Ratione autem *participationis Mercurii* significabitur *inuamentum occasione discipline et occultorum documentorum et obtainere utilitatem pro mulieribus et delectari in eis ; tamen cum eis patietur conuicia occasione meretricum,* dicit **Albumasar**. Sed quia huiusmodi participations sunt tantum propter aspectus graduum equalium et non secundum equationes, idcirco uirtus earum minoratur nisi quantum dispositiones planetarum in reuolutionibus uigorantur. Et hinc est quod Luna Veneris induens

S27v

3248 illum] *om. S* 3251 Et...expedita] *om., sed mg. rest. P* | quoniam] quando *S* et] *om. S* 3254 testantur] attestantur *V* 3255 operationes] oppositiones *S* suas] *om. P V* 3260 testatur] attestatur *V* 3261 mulieribus] cum *praem. S* et³...mulieribus] *om. S* 3264 contentiones] contemplationes *S* | muliebribus] muli^{bus} *S* 3266 mitigabat] -bit *P* 3273 quia huiusmodi] huius quia *P* huius quia huius *V* 3276 reuolutionibus] -nes *S*

3247 hoc...3248 mutationem] *Albumasar, De revol.*, p. 257b:18-22 | 3254 *Tunc...3258 immutabilia* *Albumasar, De revol.*, p. 257b:23-29 | 3260 *Albumasar...3264 discordias* *Albumasar, De revol.*, p. 256a:7-20 | 3267 *Participatio...3273 Albumasar* *Albumasar, De revol.*, p. 256a:50-b:11

esse mulieres anteponit et *iuuamentum occasione mulierum et peruenire ad dignitates et dinitias*. Facta autem directione a gradu medii celi deuenietur hoc anno ad 19^{um} Scorpionis gradum cuius duodenam particulam Venus in radice possidebit, ratione | cuius testimonia honoris recipiunt incrementum iuxta doctrinam **Albumasar**. Rursum Venus erit domina nouenarii, ut prius <dictum est,> disponetque annum conparticipantibus sibi Mercurio et Saturno usque ad 158 dies, 4 horas et 40 minuta hore. Abhinc uero incipiet disponere Mercurius cum Saturno et Venere. Item erit et Luna anni domina secundum opinionem Indorum ex nouenariis ratione quorum ambe, Venus scilicet et Luna, maius consequentur dominium in illa reuolutione. Sane Mars dominus fidarie in hoc anno habebit Mercurium condpositorem, ratione cuius, ut dicit **Albumasar**, significabitur *habere nocumenta et peregrinare et contristari propter furtum uel damnum uel amicis suis inimicari et forte perire ab aliquo infortunio*. Sed quia significatores contrarie partis fortiores sunt et plurium testimoniiorum in bonitate, idcirco certior et maior erit promotionis bonitas quam infortuniorum impedimenta, precipue cum in radice Mars fuerit impotens nec in reuolutione in loco erit a quo ualeat multum impedire. Aliquam tamen operationem, licet debilem, ostendet Mars hoc anno propter dominium anni. Itaque dicit **Albumasar** : *si fuerit aliquis de maliuolis in quadratis ascendentis anni, ipse uero dominus ascendentis in bono loco configuratus cum beniuolis et aspexerit ascendens, plures de aduersitatibus aufert que significauit maliuolus.* Preterea profectione facta ab hyleg per-

3278 mulieres] -ris *V* | anteponit] -net *S* 3279 directione] directe *S* 3280 celi
om. S | deuenietur] perueniatur *S* 3281 duodenam] duodenarium *S*
 possidebit] -bat *S* 3283 erit] erat *S* 3284 dictum est] addidi (*vide l. 1667-1668*)
 conparticipantibus] cum participantibus *V* 3285 et¹] *om. V*
 3289 consequentur] -quantur *S* 3292 contristari] tristari *S* 3298 ualeat
 multum] *inv. S* 3299 ostendet] -dit *PV* 3300 Itaque...anni] *om. S*
 3301 configuratus] figuratus *P* 3303 significauit maliuolus] significat beniuolus
S | profectione] perfectione *S*

3278 iuuamentum...3279 diuitias] Albumasar, *De revol.*, p. 256b14-16 | 3281
 ratione...3283 Albumasar] Bate referre videtur ad Albumasar, *De revol.*, p.
 238a:7-13: "Considerandum est et radiationes et partes et duodenas particulas
 quibus coniungitur Venus uel configuratur in duobus temporibus, quod si fuerit
 conuenienti figura, indicat sospitatem et prosperitatem secundum
 significationem ipsorum" | 3291 Albumasar...3293 infortunio] Albumasar, *De revol.*,
 p. 271b:30-34 | 3300 Albumasar...3303 maliuolus] Albumasar, *De revol.*,
 p. 243a:34-40

ueniet annus ad Taurum cuius domine, Veneris scilicet, dis-
 3305 positio iam sepius est dicta. Item secundum profectiones a
 domino hore natuitatis et a domino ascendentis eiusdem
 perueniet annus ad Iouem cuius dispositio similiter est pre-
 dicta. Amplius secundum directionem ab ascidente perueniet
 annus ad Scorpionem, dominum scilicet amicorum in | radice
 3310 ad gradum scilicet partis amoris. Propter quod Mars dominus
 erit anni, qui, quoniam impeditus erat et debilis in radice nec
 aspexerit ascendens aut eius dominum, parum ualere poterit
 eius dispositio et dominium in reuolutione, maxime cum non
 aspiciat etiam ascendens reuolutionis nec Venerem aut Lunam
 3315 impediatur neque Iouem. Verum quia receptus est et orientalis in
 proprio termino, magis uidetur proficere quam nocere in illo
 anno secundum doctrinam sapientum. Vnde utilitas a mortuis
 et hereditatibus significata per Martem in octaua domo reuolu-
 3320 tionis modica erit quantum ex hac parte propter locum Martis
 debilem et propter ultimam partem signi profectionis que cadet
 in 12^a radicis. In reuolutione uero cadet in quinto totum
 signum profectionis. Fortificabitur tamen huiusmodi significa-
 tionis testimonium per partem fortune cadentem in octauo sub
 3325 lumine Martis, | item et per retrogradationem octuae domus
 radicis in ascendens reuolutionis cum aspectibus et testimoniis
 supra dictis. Quamquam autem Saturnus propter retro-
 gradationem impeditus supra Martem eleuetur, cuius latitudo
 meridiana erit, Saturni uero septentrionalis, non tamen uidetur
 Mars multum impediri ab ipso propter receptionem et as-
 3330 pectum sextilem, presertim cum Saturnus cadat ab angulo,
 timorem potius minatur quam lesionem. Significat autem
 huiusmodi configuratio Saturni cum Marte *desidiam et periculum*
in fratribus, ut uult **Albumasar**. Saturnus igitur ascendens radi-
 cis ingressus sextam reuolutionis domum occupabit, domum

P46v

S28r

3304 scilicet] est S 3305 iam...est] sepius iam S | profectiones] perfectiones S
 3307 Iouem...3309 adj] om. PV 3315 impediatur] impedita P | neque] nec S | et]
 om. P 3317 Vnde] om. P | utilitas] fit add. S 3320 ultimam lunam S
 profectionis] perfectionis S 3321 cadet] -dit S 3322 profectionis] perfectionis
 S | tamen] cum V 3324 item] iterum PV | et] om. PV | retrogradationem]
 regirationem PV aliter reuersionem mg. P^c | domus] om. V 3326 propter] per S
 3327 eleuetur] eleuatus P | cuius] in praem. V 3329 aspectum sextilem]
 aspectus sestilitatem S 3331 minatur] inmaturus S 3332 configuratio] -tu S
 3333 in] om. S 3334 occupabit domum] om. PS (sic)

3331 Significat...3333 Albumasar] Albumasar, *De revol.*, p. 223a:14-16

scilicet infirmitatum, sua dispositione morbos significante 3335
afficiens locum uite. Quare uidetur hoc, quantum in se est,
morbum significare Saturninum, precipue propter quartum
aspectum Saturni, secundum gradus equales in radice ad
gradum diuisionis illum disponentem annum. Quia tamen dicit
Compilator Abraham: cum fuerint ductus siue directiones per 3340
ascensiones, debent etiam aspectus accipi secundum domorum
partitiones, et cum fuerint directiones siue ductus per gradus
equales, aspectus consimiliter accipiendo sunt secundum gradus
equales, ut singula singulis correspondeant. Si hoc sit uerum,
tunc nihil est ad propositum de quarto aspectu Saturni super 3345
gradum diuisionis anni illius. Adhuc in radice Iupiter infra
terminos coniunctionis erat cum Saturno proiciens consimiliter
suos radios uersus locum aspectus Saturni. | Item Venus
V141v domina termini in initio suum terminum amicabiliter illustrabat
aspectu trino. Amplius in reuolutione aspiciet Iupiter eundem
terminum et cum hoc erit Saturnus ab ipso receptus et Mars a 3350
Saturno et Mercurius a Marte, ita quod omnes impedidores
recepti erunt et sub aspectibus amicitie, ratione cuius ipsorum
impedimenta relaxantur secundum testimonia philosophorum.
Propter quod impedimenta Saturni et Martis non oportet
multum formidare, quinimmo Mars ipse, ut dictum est, magis
uidetur non obesse. Vnde **Albumasar:** *si fuerit dominus anni in* 3355
duobus temporibus impeditus in locis ascendens non aspicientibus, ut est
sexus et octauus, erit malum clandestinum occultum et incognitum
uniuersis. Verum quia aspicitur a Mercurio ex domo decima,
uidetur quod debeat apparere post occultationem, ut asserit 3360
idem, nisi quod ille Mercurius, qui occultatiuus in radice, tunc
iterum incipiet radios Solis subintrare, per quod occultatio

3335 infirmitatum] -tem S | morbos] domos S 3336 hoc] om. S | in] de S
3337 Saturninum] Saturnum S 3339 tamen] cum P 3340 fuerint] fuerit PV
siue] om. S 3342 fuerint] fiunt PV 3343 consimiliter] similiter PV 3345 est]
om. S 3346 Adhuc] ad hoc V 3347 terminos] om. V 3349 terminum] om. S
amicabiliter] -bilem S 3353 cuius] domus S 3355 et Martis] om. P
3356 quinimmo] qui in initio P 3357 uidetur] u'r S uidebitur PV
3362 nisi...ille] om. PV | ille] est add. S

3340 Compilator...3342 partitiones] Ibn Ezra, *De nativitatibus*, sig. a8r:22-24:
“quod si feceris ductus cum gradibus equalibus, fac quoque respectus cum
gradibus equalibus” | 3357 Albumasar...3359 incognitum] Albumasar, *De
revol.*, p. 220a:50-b:7 | 3360 quia...3361 occultationem] Albumasar, *De revol.*, p.
220b:8-11

3365 consimiliter insinuatur. Martis quidem igitur dispositio secunde
 quartae deputatur, Saturni autem tertie et consimili ratione in
 ultima quarta manifestabitur uirtus Iouis. Ingressus quoque
 Iouis in *locum proprium* necnon et ad partem futurorum ubi
 fuerat in radice, *renouabit prosperitates que per nativitatis initium*
indicabuntur, ut dicit **Albumasar**, *necnon prebebit dimitias ab in-*
 3370 *sperato emolimento*. Hic autem ingressus eueniet uersus finem
 Septembris illius anni. Item Veneris operatio post principium
 Aprilis manifestabitur, si Deus uoluerit. Tunc enim restituetur
 in proprium gradum nativitatis. Item et uersus finem Maii
 operabitur aliquid. Nam tunc ingredietur ascendens reuolu-
 3375 tionis presertim post principium Iunii, cum erit in primo duo-
 denario. Amplius sperandum est semper de bono in tota re-
 uolutione illa quotiescumque Luna perueniet ad Cancrum et
 consimiliter ad Taurum. Item sperandum est a medio Iulii
 usque ad medium Augusti propter ingressum Solis in Leonem,
 3380 in quo partem operis inueniet. Specialiter autem sperandum est
 ex ingressu Solis in primam duodenam Leonis. Nam in radice
 Sol duodenam propriam que Leoni competit possidebat, cuius
 uirtutem tunc ostendet. Consimiliter quoque per totum Au-
 gustum erit Venus in Libra in qua loca Iouis et Saturni et
 3385 partem futurorum et inimicorum peruagabit aspicetque domi-
 num anni et signum eius in reuolutione necnon et ascendens
 radicis. Diuersis tamen diebus fient hec, ratione quorum in
 bonis erit hic cuius est reuolutio, si Deus uoluerit. | E
 conuerso autem timendum est et cauendum aliqualiter uersus
 3390 principium Iulii propter retrogradationem Saturni ad gradum
 oppositum gradui hyleg, sed magis uidetur cauendum esse circa
 principium Septembris. Tunc enim cum hoc quod Saturnus
 directus existens repetet dictum gradum, erit et Mars in op-
 posito ledens ipsum hyleg gradum et non aspicet tunc Jupiter
 3395 aut Venus aliquem illorum. | Insuper cauendum est in Decem-
S28v

p47r

3364 igitur] *om. S* 3368 renouabit] remouebit *S* 3370 ingressus] egressus *P*
 3371 operatio] oppositio *S* 3373 et] *om. P* 3374 operabitur aliquid] comparabitur idem *S* | ingredietur] egredietur *P* 3376 est] *om. S* 3377 illa] *om. S*
 3381 ex] in *S* | duodenam] duodenariam *S* | Leonis...propriam] *om. S*
 3382 Leonij locum *S* 3385 inimicorum] amicorum *S* 3389 conuerso] diuerso
S 3391 gradui] gradum *P* 3393 et] *om. P* 3394 aspicet] -ent *S*
 3395 Decembre] -bri *PV*

3367 locum...3370 emolimento] Albumasar, *De revol.*, p. 274b:4-7

bre propter redditum Martis per retrogradationem ad gradum hyleg.

Hec sunt igitur significationes reuolutionis 36ⁱ anni et que tunc euenient, si Deus voluerit, secundum quod ex dictis astrolologorum perpendere possumus ad presens.

3400

3396 per] propter *S* 3398 sunt] *om. P* | que] *om. S* 3399 euenient] -et *S*
3400 presens] Explicit deo gratias; Laus tibi Christe quoniam liber explicit iste
add. *S* Explicit nativitas magistri Henrici Machliniensis cum quibusdam
reuolutionibus *post aliam nativitatem que sequitur add. LP*

**Appendix I. Versio altera in codice Segoviensi, bib.
cath. 84**

- Preconsideratis hiis et anteuisis nunc euentus anni huius notabiliores per ordinem subiungamus; in cuius quidem principio post dies tres aut circiter perrexit hic cuius est reuolutio una cum domino terre sue ad quoddam monasterium sancti monialium in Brabantia, ubi illam familiarem consiliariam regine Francie inueniens dominus exortatus est ipsam tamquam debentem exorans | ut de promotione huius serui Dei promissum non frustraret, quod etiam ipsa constanter annuebat. Sed ut breuius transeamus, tota prima anni quarta deliciis
S26r
- 5 indulgens et gaudio uitam duxit amenam hic aliquis secundum concupiscentias quidem corporis multiformes, nisi quod circa Pascha Domini passus est in faucibus apostema. Postmodum uero inualescerat fama et diuulgatum est apud notos et ignotos quod hic, cuius erat reuolutio, satur alme philosophie, repudiata dignitate celi bellans Iouis fetum, honestam Paladem, sub Plutonis machinaretur pedibus conculcari adnatam philosophie predignitatem in libertatem coniugalem, immo uerius in subconiugalem captiuitando seruitutem; in quandam demen-tiam prolapsus esse dicebatur, ut non solum dignas Mercurii et
15
- 10 Philosophie nuptias, de quibus tam digne quam reuerenter anomini-natus **Capella Martianus** cecinit, detestaretur, uerum sanctificati legalisque coniugii turpe diuortium machinando ipsum quidem Mercurium cum infernali, quod absit, adulterantem Proserpina simul apud inferos demergi procuraret.
- 15 Philosophie nuptias, de quibus tam digne quam reuerenter anomini-natus **Capella Martianus** cecinit, detestaretur, uerum sanctificati legalisque coniugii turpe diuortium machinando ipsum quidem Mercurium cum infernali, quod absit, adulterantem Proserpina simul apud inferos demergi procuraret.
- 20 Circa principium autem secunde quarte anni exorta est accusatio et infamia super quam credi posset cum obligationibus innumerabilibus occasione mulieris ita quod aliqui coram regina Anglie et suis familiaribus conati fuerunt eius infamiam magis ac magis deturpare. Amplius et crevit
20
- 25 Circa principium autem secunde quarte anni exorta est accusatio et infamia super quam credi posset cum obligationibus innumerabilibus occasione mulieris ita quod aliqui coram regina Anglie et suis familiaribus conati fuerunt eius infamiam magis ac magis deturpare. Amplius et crevit

App1,1 Preconsideratis] haec versio invenitur post “versus finem anni” usque ad figuram anni 36 in cod. Segoviensi, f. 25v-26v. Vide introductionem, 1.1.2 5 Brabantia scr.] Brabantiam S 6 ipsam] dominus add. S 9 prima scr.] primi S 13 diuulgatum] nota que de illo dicebantur mg. S 14 alme philosophie] scr.] alme’phoe S 15 bellans scr.] bellare S 19 esse scr. est S 22 sanctificati coni. Guldentops] fastigati S 24 Proserpina scr.] proserina S

19 non...21 cecinit] Martianus Capella, *De nuptiis Philologiae et Mercurii* II 160

ranchor et inuidia in maliuolis plurimorum, et amicorum auctoritate supersederunt inimicantes et literati et mercatores. Vnde contra huiusmodi cautum et munitum oportebat esse seruum dei. Durauit autem feroor huius infortunii quasi per tres menses. Vnde hoc tempore edidit illud rhymicum in uulgari super infortuniorum nimietate multiplici inopinabilium, in uestibulo quidem cordis dicens deo: *domine quam multiplicati sunt qui tribulant me; multi insurgunt aduersum me* etcetera. Item passus est hiis diebus soda siue dolorem capitis inordinatum et frequenter totius corporis discrasiam, de qua medici dubitant ob ignorantiam cause, et maxime circa tertie [et] quarte principium. Tunc enim passus est hic aliquis inflationem circa oculum sinistrum et quasi per totam maxillam ex apostemate in sinistra parte nasi. In hac uero quarta anni tertia, cum peruenisset Venus ad signum profectionis, arripuit iter uersus Parisius, exiens in illa in qua natus fuit hora, qua signum profectionis septimam domum subintrabat Cancro Lunam continentem in angulo terre. Antequam autem Parisius perueniret, incommoda quam plurima substiuit et tedia, quamquam precautus fuerit quam ualeret. Post recessum uero a terra sua per 3 dies, tempore uidelicet quo Venus coniuncta est Marti in Scorpione, noua consurrexit infamia occasione infortunii honeste quandam mulieris arte fraudulenta circumuente et decepte, sed propter euidentissimam infamie falsitatem confestim ignoscentia emicuit accusati. Preterea Saturno gradum ascendentis tenente radicis passus est hic aliquis constipationem inconsuetam in uentre, amplius et capitis debilitatem cum tinitu continuo et aurium sibilo necnon et quadam conturbatione uertiginali. Item tempore coniunctionis Mercurii cum Marte et Saturno passus est difficultatem loquendi propter impedimentum lingue et aliqualem eius dolorem in sinistra parte et hoc precipue cum Luna ipsis coniuncta fuit quasi per triduum ante Natale Domini

30 maliuolis] *scr.*] maliuolentius *S* | et² *scr.*] n'c *S* | amicorum auctoritate *scr.*] animarum austeritate *S* 31 supersederunt *corr. Guldentops*] supercederunt *S* | literati *scr.*] lrti *S* 32 munitum *scr.*] inimicum *S* 39 discrasiam *scr.*] distrasiam *S* 40 et² *delevi* 44 profectionis *scr.*] perfectionis *S* 46 profectionis *scr.*] perfectionis *S* 50 terra *scr.*] tertia *S* 53 circumuente *scr.*] circumuemente *S*

36 domine...37 etcetera] Ps. 3,2

ni. Adhuc passus est hoc tempore relaxationem uuule et ante
 65 hoc tempus parum fuit inchoata passio oculorum, sed obui-
 atum est sibi per regimen et dieta. Vt autem ad omne dicatur,
 detrimentum principii est passus, capitis Arietis quippe, cum de
 hiis que magis repugnant capiti sit constipatio uentris inconsueta. Demum uero apud ultime anni quarte principium non
 affuit egritudo febrilis aut grauior, propter quod experimento
 70 inuestigari potest quod annorum reuolutiones | natalium non
 magnam superaddunt radici fortitudinem nisi per directionum
 et consimilium consonantiam specialiter fuerint roborate. Item
 Saturni et Martis impedimenta inuicem dexit (?) satis proportionabiliter suam hoc tempore significationem impleuerunt.
 75 Nam bis in hac anni quarta euenit in nare sinistra passio
 apostema, leuis tamen, et sibilus quidem aurium et capitis
 discrasia usque ad annum sequentem est continuata. Maxime
 autem passa est auris dextra propter Saturnum et naris sinistra
 propter Martem, quibus quidem conueniunt dicta sapientum ;
 80 oculi autem hoc tempore non sunt infirmati. Materia namque
 huius debens fore causa ad aures et nares satis detinebatur.
 Saturno etiam ad stationem appropinquate incepit uentris
 constipatio cessare. Sane expertum est sufficienter ex euentibus
 tam propositis quam aliis quod uerum dicit **Auenezre** et reliqui
 85 in hoc quod significatorum latitudo coniunctorum magnam
 partem fortitudinis subtrahit testimoniorum. Sed compleamus
 annum. Circa medium quidem Februarii est quidam Hoiensis
 cum magna instantia ex parte nepotis cuiusdam regis propter
 sibi faciendam societatem et, licet ante, circa festum scilicet
 90 Sancti Nicholai, habitus fuerit sermo super eadam materia, non
 reputatum fuit euenire, cum tamen, ut postea compertum est,
 ille nobilis firmum habuisse propositorum ex intima amicitie
 beniuolentia a longo tempore preconceptum. Responsum
 autem ultimo facere ardentि petitioni conueniens protelando
 95 amicis imponebatur. Insuper secundo die Martis, dominica
 uidelicet ad brandones, hora diei quasi 12^a, habitus est sermo

S26v

63 uuule *scr.*] ubule S 66 passus *scr.*] passa S | Arietis *scr.*] ariud' vel arind' S
 73 dexit[?] dixerat (?) sed -ra del. *S* an relaxantia *scrib.* ? 77 discrasia *scr.*] dist'sia S
 81 detinebatur *scr.*] detinebat S 85 in hoc] *lectio incerta in S* ml' (magistri ?)
 87 Hoiensis *scr.*] hoie'm S 93 preconceptum *scr.*] preconcepta S 96 brandones
scr.] brabandones *a. corr.* S

85 significatorum...86 testimoniorum] Ibn Ezra, *Te'amim I*, §7.1:6-8, pp. 88-89.

ab homine cum regine consiliaria, secundum quod in anni principio, et iterum in die Iouis sequente hora quasi 3^a uel 4^a repetitum et idem promotionis colloquium. Ipsa autem primo in aliquibus deuians tandem quidem apponendo concilium promisso fidelius intendere repromisit, et tunc infra triduum terminatus est annus 35^{us}. 100

In quadam margine libelli a quo translata fuit ista natuitas fere uersus finem libri erat scriptum hoc: “postquam Saturnus gradus ascendentis radicis ingressus fuit quoisque Sagittarium egressus, est passus in brachii lesionem in motu et quandam impotentiam cum quodam dolore per uices redeunte”. Vide ubi debeat intrare quod non erat signatum. 105

Appendix II: Digressio in Libro Rationum Auenezre ab Henrico Bate translato

Textus Auenezre [ed. Sela §6.2:5-8]. **Nam** cum planeta remotus est a terra, tunc recipit fortitudinem magnam a superioribus stellis. Vnde si prefuerit stella seu planeta super res anime, que subtilis est res, tunc multa erit nato scientia in omnibus manieribus; si autem presul fuerit aut almutas super res corporis, tunc erit statura parua et breuis et non erit ei robur et fortitudo conueniens. Quod si fuerit planeta in loco depressionis sue seu in opposito augis et sic presul super animam, tunc significat quod natus erit fatuus et ignorans. Si uero presul fuerit super corpus, tunc significat quod erit ei corpus magnum et robustum. Et huius quidem sermonis ueritatem expertus sum multis uicibus. Causa enim quare est planete fortitudo in statione sua secunda est quia a loco illo incipit esse directa in suo cursu. 5 10

Inquit translator. Ecce quomodo planeta circa augem existens fortitudinem significat circa res anime, in opposito 15

App2,5 aut] seu *Lm* | almutas] almubtam *Ip* almustum *Lm* 6 statuta] statu *Lm* et³] seu *Lm* 7 Quod] om. *Lm* 12 planete fortitudo] digressio Henrici invenitur in cod. Lips. 1466, fol. 69va:6-70rb:4; in cod. Lemov. 9, fol. 37v in fine-39r:19; sed verba “inquit translator” erronee inserta sunt in medio digressionis post verba “philosophie adaptamus” (l. 67)

- uero augis, et hoc est cum motus eius uelocior est contra motum generalem quantum ad deferentem eius, fortitudinem et bonum esse corporis significat. Et hoc dicit ipse expertum esse.
- 20 Et hoc autem aduerti potest quod simili modo debet esse ratione illius motus quem uocant astrologi motum in epiciclo, scilicet directionem et retrogradationem, ut quidem directio super bonam dispositionem et esse corporis significet, retrogradatio uero super esse anime, cum motus generalis, scilicet
- 25 hic qui est ab oriente in occidens super esse et conseruationem entium uirtutem habeat et causalitatem, ut uult **Philosophus**, motus uero in obliquo circulo, qui contrarius est primo, scilicet secundum successionem signorum, generationis est causa et corruptionis. Et quia generatio et corruptio proprie passiones
- 30 sunt corporis, igitur huiusmodi causa fortis, motus scilicet directionis secundum astrologos, qui secundum **Alpetragium** et secundum ueritatem potius deberet appellari retrogradatio, cum sit contra intentionem generalem, conuenienter debet fortitudinem causare corporis, propinqui inquam generationis et corruptionis subiecti ex contrarietatibus elementorum constituti. Motus uero ille qui ab astrologis retrogradatio uocatur secundum hanc uiam corporis debilitatem et impedimenta significabit. Vnde quemadmodum *fortes* corpore *ineptos* mente uidemus, sic iuxta **Philosophum** *molles carne* et passibiles *aptos*
- 40 mente frequentius experimur ; propter quod dogna **Platonis** et uniuersaliter omnium philosophantium tenet hoc quod ad operationes intellectus libere extendas : necessarium est corporales uires subigi et tamquam infortunatas in se seruiliter captiuari. Vnde et **Philosophus** in octauo POLITICORUM: *labor quidem*
- 45 *corporis impediens est intellectum, qui autem huius corpus.* Hoc idem quoque tamquam nature legem existimans tanto euenientem in maiori parte dixit ingenio pollet cui uim natura negauit. Hac uero de causa conuenientius est magis quod res diuinior, motus scilicet ille qui primo similior est, uirtutem habeat super illam
- 50 partem hominis, per quam ad operationes diuinias, que sunt ratione uti et intellectu, aptius disponatur. Rationis enim per-

21 quem] *scr. quam LmLp* 44 octauo] -ua *Lp* 51 intellectu] -tus *LmLp*

38 *fortes...40 experimur]* Arist., *De an.* II 9, 421a25-26 | 44 *labor...45* corpus] Arist., *Polit.* VIII 4, 1339a9-11

fectio, ut dicit **Plato**, et *intellectus est Dei propria et paucorum admodum animalium, uerbi gratia, hominum.* Vnde **Philosophus** in decimo ETHICORUM : *Vita autem que secundum intellectum est melior uita quam <secundum> hominem. Non enim secundum quod homo est, sic uiuit, sed secundum quod diuinum aliquod in ipso existit.* Consonum est ergo rationi quod planeta directus fortitudinem corporis et anime detrimentum significet, e contrario retrogradus utendo nominibus ab astrologo usitatis, sicut satis apparet potest intuenti. Sciendum autem est quod in proposito sustentatus sum super principia philosophie Aristotelis non ponendo eccentricos et epiciclos, ut dicatur planeta aliquando propinquior terre, aliquando remotior, sed modum motus planetarum considerantes solum quantum ad conuenientiam eius cum motu primo et differentiam uelocitatis quoque eius secundum hoc et tarditatem principiis philosophie adaptamus. Bone quidem fortune ab astrologis uocate sunt prosperitates in bonis exterioribus secundum quandam excellentiam, prout etiam apud uulgares consuete sunt reputari. Quamquam igitur opus sit aliquali prosperitate exteriori homini enti, nihilominus tamen communiter uocate prosperitates, secundum quod etiam ab astrologis appellantur, impedimenta sunt ad speculationem, ut testatur **Philosophus** et rei ueritas, et in hoc etiam sensu omnes philosophi conuenerunt. Vnde sexto ETHICORUM: *Anaxagoram inquit et consimiles sapientes quidem, non prudentes autem aiunt esse, cum ignorantes uideantur conferentia sibi ipsis, et superflua quidem et admirabilia et difficilia et diuina scire ipsos aiunt; inutilia autem quoniam non humana bona querunt.* Item in quarto : *et accusant, inquit, fortunam quoniam maxime digni existentes nequaquam ditantur.* Vnde et fortune ymago ceca depingitur. *Contingit autem non irrationaliter hoc, ut ait Philosophus.* Non enim possibile pecunias habere non curantem ut habeat quemadmodum neque in aliis. Non solum autem hoc ita se habet in felicitate speculatiua, sed

56 existit] *mg. Lp* 67 uocate] -ta *Lp* 73 sensu] sensui *Lp* 77 scire ipsos] *inv. Lm* 78 Item] et add. *Lm* 80 depingitur] pingitur *Lm* 81 irrationaliter] n. rationabiliter *Lp* 82 curantem] ex curantur corr. *Lp* | habeat] hebeat *Lp*

52 ut...53 hominum] Plato, *Timaeus* 51E (translatio Calcidii, p. 50,9-10). Cf. Bate, *Speculum divinorum*, XVI, c. 6, 118-121 | 54 Vita...56 ipso] Arist., *Eth. Nic.* X 7, 1177b26-28 et 1178a6-7 | 75 Anaxagoram...78 querunt] Arist., *Eth. Nic.* VI 7, 1141b4-8 | 78 et...82 aliis] Arist., *Eth. Nic.* IV 1, 1120b17-20

etiam in actiua. *Existimandum namque non est multis et magnis*
 85 *indigere felicem futurum. Non enim in superabundantiis per se sufficiens*
neque iudicium neque actio. Possible autem et non principes terre et maris
bona agere. Ydiote enim, ait Philosophus, potentibus non minus stu-
diosa uidetur agere, sed et magis. Idem quoque patet quarto POLITI-
 90 CORUM. Quemadmodum igitur bona fortuna appetitui sen-
suali attributa planetarum directioni proportionatur secundum
astrologos, secundum quod et inferior spera contra superiorem
mouendo aliquando uincit, ut innuit Philosophus tertio DE ANIMA,
sic et bona fortuna beatitudinis, que in appetitu consistit intel-
lectuali, planetarum retrogradationi proportionanda relinquitur,
 95 *secundum quod inferior spera superiorem pro posse suo*
consequitur in motu. Natura autem que sursum semper principalior,
ut ibidem ait Philosophus. Et hoc quidem sensui consentan-
 100 *neum est, rationi etiam secundum mentem astrologorum,*
prout hic appareat in textu. Cum enim secundum principia phi-
losophie impossibile sit ecentricos esse stellarum circulos, in
quibus mouentur, quid aliud esse potest locus augis et eius
oppositum nisi loca in quibus contra motum supremum ueloci-
tius aut tardius mouetur stella. Quanto autem mouetur tardius,
 105 *tanto supreme spere similius, et tunc, ut ait Actor, anime signi-*
ficat perfectionem. Cum itaque per retrogradationem planeta
motum spere superioris perfectius consequatur ac eidem magis
assimiletur et melius quam per motum alium, relinquitur illam
in rebus anime sublimitatem importare non obstantibus tamen
impedimentis que in rebus corporis adducit. Vnde quomodo
 110 *tristitias et contradictiones et cetera impedimenta corporalia*
causat retrogradatio, sic et accidentia tribulant et conturbant
beatum. Tristitias enim inferunt et impediunt multis operatio-
nibus in quibus oportet esse uirum tamquam tetragonum sine uitu-
perio. Et hinc alibi scriptum est uerti me ad aliud uidique sub Sole
 115 *nec sapientum panem nec doctorum diuitias nec artificum gratiam et*
cetera. Sed reuertatur ad textum.

84 in] *om. Lm* 85 superabundantiis] -tia *Lm* -tiam *Lp* 93 consistit intellectuali
 in] *Lm* 108 importare] imponere *Lm* 112 beatum] post tribulant *trsp. Lm*
 116 Sed...textum] *om. Lm*

84 Existimandum...88 magis] Arist., *Eth. Nic.* X 9, 1179a1-8 | 91
 secundum...97 Philosophus] Cf. Arist., *De an.* III 11, 434a12-13 | 113
 tamquam...uituperio] Arist., *Eth. Nic.* I 10, 1100b21-22 | 114 uerti...116
 cetera] *Ecl. IX,11*

INDEX FONTIUM AB EDITORIBUS ALLEGATORUM

ABRAHAM BAR HIIYYA HANAŠI'

Sefer Megillat ha-Megalle (ed. Poznanski/Guttman)

p. 117:16-19

2357-2358

ABRAHAM AVENEZRA [Ibn Ezra]

Me'orot [Liber luminarium] (ed. Sela)

§ 8:12, pp. 460-461	3137-3140
§ 20:3, pp. 466-467	3019-3022
§ 24:8, pp. 470-471	3119-3121
§ 32:1, pp. 478-479	2978-2981
§ 32:1, pp. 478-479	3131-3131

Mivharim II [Liber electionum] (ed. Sela)

§ 1.5:3, pp. 152-153	562-563
§ 10.2:1-2, pp. 172-173	605-607

Moladot I [Liber nativitatum] (ed. Sela)

I 9, 1-5, pp. 88-90	1874-1883
II 4, 5, pp. 92-93	89-91
II 5, 1, pp. 92-93	91-94
II 6, 3-6, pp. 94-95	103-104
II 8, 1, pp. 96-97	681-684
III I 3, 15, pp. 100-101	876-880
III I 3, 15, pp. 100101	990-991
III I 7, 7, pp. 106-7	1168-1173
III I 7, 8, pp. 106-107	1140-1143
III I 8, 10, pp. 108-109	654-655
III I 9, 67, pp. 112-113	919-922
III I 11, 14, pp. 114115	2828
III I 11, 1-4, pp. 114-115	658-659
III I 12, 5, pp. 116-117	3112-3114
III II 5, 1, pp. 124-125	258-260
III II 5, 4-5, pp. 124-127	777-778
III II 6, 5, pp. 126-127	1479-1481
III II 6, 5, pp. 126-127	1772
III III 1, 4, pp. 130-131	2876-2878
III III 1, 5, pp. 130-131	1540
III III 4, 9, pp. 134-135	549-552
III III 6, 3, pp. 104105	1379-1381
III IV 5, 2, pp. 142-143	1623-1625

III IV, 5, 3, pp. 142-143	1642-1648
III V 7, 2, pp. 148-149	1663-1666
III VI 10, 2, pp. 154-155	1716-1718
III VI 10, 3, pp. 154-155	328-331
III VI 11, 3, pp. 154-155	1719-1720
III VI 11, 4, pp. 154-155	564-567
III VII 1, 13, pp. 158-159	1766- 1768
III VII 3, 3, pp. 160-161	1899-1902
III VIII 1, 5, pp. 164-165	2656-2658
III VIII 1, 7, pp. 164-165	2653-2654
III VIII 2, 2, pp. 164-165	2668-2669
III VIII 3, 2, pp. 166-167	2679-2682
III VIII 3, 4, pp. 166-167	2644-2645
III IX 2, 2, pp. 170-171	2242-2244
III X 2, 4, pp. 172-173	602-603
III X 2, 5, pp. 174-175	2364-2366
III X 2, 7, pp. 174-175	2409-2410
III X 2, 9, pp. 174-175	2421-2423
III X 2, 9, pp. 174-175	2424-2426
III X 2, 9, pp. 174-175	2435-2436
III X 3, 4, pp. 176-177	2492-2493
III X, 3, 11, pp. 176-177	2529-2530
III X, 3, 6, pp. 176-177	2492-2493
III X, 3, 7, et III X, 3, 10, pp. 174-177	2523-2525
III XII 1, 5, pp. 179-180	2556-2557
III XII 3, 2, pp. 180-181	2601-2602
IV 12, 17, pp. 192-193	1032-1034
IV 12, 5, pp. 192-193	2889-2891
IV 29, 2, pp. 202-203	741-745
<i>Olam I [Liber revolutionum annorum mundi aut Liber coniunctionum]</i> (ed. Sela)	
§ 22:1, pp. 66-67	2049-2051
§ 23:1, pp. 66-67	380-382
§ 38:1-24, pp. 76-79	233-235
<i>Reshit Hokhma [Liber initii sapientiae]</i> (ed. Sela)	
§ 2.3:23, pp. 74-75	249-250
§ 2.7:33, pp. 100-101	984-987
§ 2.7:33, pp. 100-101	1349-1351
§ 2.9:26, pp. 112-113	821-825
§ 2.9:28, pp. 112-113	825-827
§ 2.9:30, pp. 112-113	827-829
§ 2.9:33, pp. 112-113	829-831